



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus Religiosorum

Karg von Bebenburg, Johann Friedrich

Herbipoli, 1680

IX. De obligatione Religiosorum reddendi coram Episcopis annuas rationes
suorum proventuum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38315

CAPUT IX.

De obligatione Religiosorum
reddendi coram Episcopis annuas
rationes suorum proven-
tuum.

347. *Quaecunque res Ecclesia cum iudicio E-
piscopi gubernanda sunt ac dispensanda.*

348. *Dispositio S. C. Tridentini: ubi de ra-
tionibus annuis fabricae Ecclesiae Cathedra-
lis.*

349. *Quid de Religiosis in Diocesi Herbip-
lensi.*

347. **Q**uaeunque res Ecclesiae con-
venit cum omni diligentia &
bona fide gubernari ac dispensari cum
iudicio & potestate Episcopi c. *Quae-
cunque* s. X. q. I. cum enim de Jure com-
muni Loca Religiosa, Monasteria sci-
licet & Hospitalia &c. sine licentia Epi-
scopi construi dedicarique non possent
c. *Nemo*. 9. de consecr. dist. 1. & quum fuit,
ut post constructionem & consecratio-
nem sub ejusdem jurisdictione ac cura
per-

R

permanerent, nisi vel per concessionem
 Apostolicam; vel per renuntiationem
 Episcopi cum consensu Capituli &
 Sedis licentia factam; vel per legitimam
 prescriptionem eximerentur. Cuius
 modi quidem exemptiones cum odioso
 sint, & adversæ Juri communi, stricte
 sumè accipi debent, nec ultra Exemptio-
 num possessionem ac usum protendi-
 ses. 348. Unde eum S. C. Tridentinum
 ses. 22. refor. c. 9. Administratores
 Ecclesiasticos, quàm Laicos, fabricæ
 cujusvis Ecclesiæ, etiam Cathedralis
 Hospitalis, Confraternitatis &c. &c.
 unicuique piorum locorum, singulis
 annis ad rationem administrationis
 ordinario reddendam obstringat, con-
 suetudinibus & privilegiis quibuscumque
 in contrarium sublatis: nisi secus
 in institutione, & ordinatione talis
 cleri, seu fabricæ expressè cautum
 fuerit: certum est, Capitulum & Canonicos
 eos teneri reddere ordinario rationem
 administrationis fabricæ Ecclesiæ

thedralis, ut, præter expressam Conci-
lii mentem, Armendarius insuper re-
fert decisum.

349. Secus est de Religiosis exemptis,
apud quorum plerosque usus obtinuit,
ut de administratione monasteriorum
non reddant Episcopis rationes: in Di-
ocesi tamen Herbipolensi contrarium
viget, ubi tam exempti, quàm non ex-
empti, Canonici Regulares, Benedi-
ctini, Cistercienses, Præmonstraten-
ses, Carthusiani, quatuor ordines men-
dicantes, & alii (solis monasteriis spe-
ciali Vallis, & Ebracensi, nec non Col-
legio PP. Societatis J E S U exceptis)
annuatim suæ Celsitudini, sive Consilio
Ejusdem Ecclesiastico reddunt ratio-
nes administrationis suorum

Conventuum.

R 2 CAPUT